

R. P. D.

FALCONERIO

Toletana Decimarum super Manutentione quoad Tenutas de Perobequez, & Vrtada.

Veneris 30. Iunij 1724.

DECRETVM Manutentionis vna cum Sententia cumulati petitorij *coram bon. mem. Foscaro* promulgatum fauore Reuerendissimi Archiepiscopi Toletani in possessione exigendi Decimas super Bonis Monasterij, ac Monialium Ordinis Sancti Dominici Ciuitatis Toleti, delegata Causa R. P. D. meo Cerro, quamuis prima vice in omnibus ap-

approbatum extitisset, nihilominus in noua Causæ disc[...]sione coram eodem habita, moderatum fuit quoad Te[nu]tas de Perobequez, & Vrtada, vt ex binis decisionibus coram eo æditis 26. Iunij 1722., & 15. Ianuarij 1723., cùmque in hoc statu respectu dd. Prædiorum impartita tantum fuerit noua Audientia, hinc directa mihi vlterioris appellationis commissione vna cum alijs controuersijs, contigit etiam in præsenti audientia decidendam iterum proponere Manutentionem quoad dicta bina Prædia; Idcircò exquisitis Dominorum suffragijs sub consueto dubio = *An sit standum in primo, vel secundo loco Decisis coram R.P.D. Cr[...]ro* = responsum habui = *in secundo loco decisis*.

Quamuis enim Reuerendissimus Archiepiscopus Toletanus pro exactione Decimarum ex singulis bonis suæ Diæcesis Iuris habeat assistentiam, ac etiam generalis consuetudinis vigentis in toto Archiepiscopatu Toletano, nihilominus vt firmatum fuit in *alia mea contemporanea decisione hodie ædita quoad Tenutas de Perobequez, & Vrtada*, constat de bono Iure Monasterij, & Monialium clausarum Ordinis Sancti Dominici super exemptione, ac libertate non soluendi prætensas decimas ex dd. binis Territorijs Monasterij sumptibus excultis, Et propterea iam bis recognita ipsius Monasterij exemptione in petitorio, manutentio non alitèr decernenda erat, quam ad formam postremæ resolutionis fauore ipsius Monasterij; Vbi enim definitum remanet petitorium, manutentio semper est pedissequa, & famulatiua boni Iuris *Gratian discept.* 450. *num.* 41., *Cyriac. contr.* 10 *num.* 61., *Rota coram Merlin. decis.* 860. *num.* 1., & in *Aretina Iurium Parochialium super Manutentione* 16. *Aprilis* 1706. *in princip. cor. bo. me. Ansaldo*.

Quod procedere videbatur etiamsi in omnibus alijs partibus ac Bonis declaratum fuerit de bono Iure Reuerendissimi Arcriepiscopi tamquàm Decimatoris vniuersalis; Quia stante exemptione legitimis titulis comprobata quoad dicta bina Tenimenta, incongruum non est, quòd ad tramites boni Iuris vtrique Parti assistentis, decreta remaneant manutentio ad firmata per *Rotam in Leodien. Iurisdictionis super Manutentione* 15. *Martij* 1715. §. *Ratio coram bo. mem. Ansaldo*, & *in Perusina Manutentionis* 21. *Martij* 1718. *per tot coram Rmo Lancetta*.

Potissimè quià iuxtà Testes, tàm in antiqua lite anni 1641. quàm in præsenti Iudicio formiter examinatos, constat Mo[...]

Moniales reperi in longęuã quasi possessionẽ nõ soluendi decimas fructuum, qui colligantur ex dd. bin Tenimentis proprijs Monasterij sumptibus excultis : cõcurrente enim indiuidua possessione, hæc sola sufficit pro decernenda manutentione ex interdicto *retinendæ*, cuius censuram procedere in hac decimarum materia docet *Ra in Ferrarien· Decimarum super Manutentione* 15. *Febrarij* 1717. §. *Maiori coram Me*, *&* 10. *Decembris eiusdem Aũi* §. *Ita enim coram bo. me. Foscaro*.

Et ità vtraque &c.

R O M Æ, MDCCXXIV.
Typis Reuerendæ Cameræ Apostolicæ.

Superiorum permissu.